

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2898

Auteur(s) : Eudes Rigaud, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1271

Lieu d'émission : Berville

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Eude Rigaud, archevêque de Rouen, érige la chapelle de Mauny en paroisse, et confirme au prieuré de Saint-Ymer les deux tiers des dîmes de la paroisse de Barneville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° LXXX, p. 47-48.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, frater Odo, permissione divina Rothomagensis ecclesiæ minister indignus, salutem æternam in Domino Jesu Christo. Noverit universitas vestra quod cum contentio verteretur inter nobilem virum dominum Guillelmum Crespin, militem, dominum de Danguto et de Malo-Nido, nomine suo, et Guillelmi et Johannis filiorum suorum et filiorum dominæ Johannæ quondam uxoris suæ defunctæ, ex una parte, et Rinaldum tunc rectorem ecclesiæ de Barnevilla, nomine suo, et ecclesiæ suæ predictæ, ex altera, super eo videlicet quod idem rector dicebat jura parrochialia et decimas tam personales quam prædiales manentium in feodo et terris quæ dicuntur essarta de Mauni usque ad Bellum-Locum et Vallem-Luporum ad ipsum et ecclesiam suam pertinere ; dicto milite, nomine dictorum filiorum suorum tunc existentium in manu pastu suo et tutela in contrarium asserente et dicente prædicta jura et decimas ad capellam suam de Malo-Nido pertinere ; tandem dictæ partes unanimiter consenserunt quod nos inter easdem partes ordinarem super premissis prout nobis expediens videremus. Nos autem, diligenti et debita inquisitione super his pro habita, pensatis tam utilitatibus et periculis animarum propter loci longinquitatem quam ecclesiæ et capellæ prædictarum, tam de assensu dictarum partium, in nos onus hujusmodi suscipientes quam ex debito officii ordinarii super premissis taliter ordinamus : videlicet quod metas ecclesiæ de Barneville extendi volumus usque ad illam viam per quam itur ab Yvilla præ antedictam capellam apud Beatam Mariam de Calvo-Monte ; et ab altera parte ejusdem viæ extendi volumus limites dictæ capellæ quam nutricem ecclesiam et baptismalem seu parochialem de cetero esse volumus et ordinamus usquo ad Bellum-Loeum et Vallem-Luporum prædictos, et autoritate ordinaria per dictam viam ut tactum est dictas parochias limitamus, et tenebitur in signum recompensationis propter illud dubium longæ possessionis quam idem rector de Barnevilla dicebat se habuisse in prædictis, presbiter dictæ ecclesiæ de Maulny qui pro tempore fuerit singulis annis ad festum sancti Michaelis iria sextaria hordei ad mensuram loci reddere presbitero qui pro tempore fuerit in ecclesia de Barnevilla predicta et dicto presbitero de Maulny prædictæ, tenebunt jura parrochialia et decimæ usque ad dicta loca de Belloloco et de Valle-Luporum, salvis juribus episcopali et archiepiscopali,

et duabus partibus decimarum prædialium ad abbatem et conventum de Becco, et conventum et priorem Sancti Ymerii pertinentium, existentium tempore ordinationis prædictæ. In cuius rei testimonium præsentis scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Actum et datum apud Bervillam, Anno Domini millesimo primo, in crastino Beatæ Mariæ Magdalænæ.